



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelia Geographiae Veteris Et Novae

Parallelia Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Sect. 2. Descriptio Geographica vtriusque oræ Genuensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

Doria, 10. millia aureorum anni redditus reddit. Ad eundem Auriā pertinet Comitatus Ovensis *le Comté de Louan*, in ora Occidentalē Genū paulo supra Albingaunum *Albenga*. Et in Regno Neapolitano Principatus Melphitanus, & Comitatus Conzæ, quæ ditiones clientelares sunt Regis Hispaniæ.

MARCHIONATVS FINARIVS, seu FINALIVS, *le Marquisat de Final*, fuit olim in ditione Correctorum, olimque eius loci dominus Galeatius electus est à Genuenib⁹ & vrbs euersa, quod partes Ducis Mediolanensis Princeps sequutus esset. Sed postea Philip⁹ pus Maria eum restituit, & filius Galeatij I. Galeatius II. urbem reparauit, & reddidit cultiorem. Ei successit Alphonsus filius qui electus ab oppido à ciuib⁹ ob saevitiam anno 1538. obcessusque in arce 1563. à Duce Genuenium Andreā Lomelino frustra reclamante Andreā Auria, qui affinitate iunctus erat Correctis. Nam Auria Ratisponam adiit ad Imperatorem, & nihil proprius abfuit quam ut inter se committeret Imperatorem, & Genuenenses. Tandem Marchio restitutus est inuitis oppidanis. Anno deinde 1571. arx & oppidum ab Hispanis de improviso capta, & aliquando seruata, eā tamen lege, vi iura, & fructus Marchioni reseruantur; sed paulo post Domino videntur omnia fuisse restituta. Anno denique 1602. iterum Finarium occupatum est, Correctorum familia aut exclusa, aut ad disceptandum ius suum in Aulam Cæsaream amandata. Captus quoque in proximo Medesimus portus, & præsidio firmatus.

PONTREMVLENSIS DITIO, *Territoire de Pontremoï*, magnâ curâ, & præsidio seruatur ab Hispanis à quibus possidetur. Audio tamen in præsentia hanc urbem cum eius agro venditam esse Genuenib⁹ in eam inhiantibus, & nulli pecuniæ parcituris, ut hanc spinam Hispanicam ex pede Genuenis Reip. reuellant.

SECTIO II. Descriptio Geographica utriusque oræ Genuenis.

SEIVNGIMVS exinde ditiones insertas de quibus diximus §. superiore, & agemus postea §. 3. hic enim percurrimus tantum loca Reip. Genueni subdita.

Parall. Geogr. Tom. II.

QQqqq

§. I. Ora Genuensis Occidentalis, Riviere du Ponant.

	VINTIMILIA: <i>Vintimiglia</i> , nobis <i>Vintemille</i> , luculenta ciuitas ad Fl. <i>Rutubam la Rotta</i> .
V R-	Fanum S. Remi: <i>San-Remo</i> , burgus cultissimus, & diues cum suo Nauali, seu ut aiunt plagâ.
B E S	Fanum S. Laurentij: <i>San-Lorenzo</i> , burgus quoque & statio non illepida.
&	Portus Mauritius: <i>Porto Maurizio</i> , nomine magis quam re Portus. Sequitur ONILIA de quâ postea.
OPPI-	Diana: <i>Diano</i> , cuius ager olearum feracissimus est.
D A	Ceruus: <i>Ceruo</i> .
H V-	Andoria: <i>Andora</i> subter quam labitur Merula Fl. Plinij: huius ager feracissimus, collibus vitiferis, & oliuetis distinctus.
I V S	ALBINGAVNUM: <i>Albenga</i> , ad Fl. <i>Centa</i> , qui per vallem amoenissimam defluit: vrbs est lepida & elegans, è cuius regione Insula cognominis Albingauni dicta <i>Isola d' Albengo</i> , olim Gallinaria à Gallinis sylvestribus, quibus etiamnum abundat.
O C-	Ceriale: <i>Cerial</i> , castro non immunitum.
C I-	Burgetum: <i>Borgetho</i> .
D E N-	OVV M: <i>Louan</i> , Comitatus caput in ditione Marchionis Toreliae de Toreglia.
T A-	Petra: <i>Pietra</i> .
	NAVLVM: <i>Noli</i> , à Genuensibus & Sabbatiis conditum: hanc vrbem Episcopalem ciuitatem fecit Innocentius IV. Olim portus commodissimus, & frequens ciuitas atque opulenta, ait Leander, sed attrita, quia præfusilis sui minas contempseret, quod ferrum ad Barbaros deferret.
	Vicus Spotronus: <i>Spotora</i> , seu <i>Spotorno</i> , & ei adiacens Insula cognominis.
	Vada: <i>Vadi</i> , seu <i>Vai</i> , portus de quo in Antiquâ.
	SAVONA: <i>Sauone</i> , quondam sui iuris cultissima ciuitas, cuius portum corrupere Genuenses: multorum Pontificum patria fuit, Gregorij VII. Sixti IV. Iulij II.

LIS	Virgium, aliter Virago, & Voragium, item & Via Virginis: <i>Varragio.</i>
O RÆ	Coguaretum: <i>Cogoretto</i> , Christophori Columbi patria. Vultrum: <i>Voltri</i> , ad Fl. Cerusam.
M A-	Segestum Occidentale: <i>Sestri</i> .
RITI-	Fanum S. Petri Arenosi: <i>San-Pietro di Arena</i> , vnde incipit regio per amœna Neruium usque protensa.
M Æ.	GENVA: <i>Genoua</i> , nobis <i>Gennes</i> , leniter in collem assurgens, de cuius origine vide si otium est multa fabulosa apud Leandrum. Anno Christi 935. incensa est à Sarracenis, omnes ciues iugulati aut abducti; sed reducti sunt ope Ducis Veneti v̄be magnificentius reparatâ. Supra sex millia passuum in ambitu contingere dicitur: portum eius claudit moles sexcentorum passuum, è cuius regione excurrit promontorium cui imposita pharus operis elegantissimi. In v̄be supra cætera palatia eminet palatum Auriarum des <i>Doria</i> , magnificum planè, & Rege dignum. Vix angustæ sunt & tenebrosæ ædificiis in altum nimis assurgentibus.
F L V -	Rutuba: <i>Rotta</i> , recipiens Biberam <i>Bibera</i> , & alluens Vintemiliam.
V I I .	Neruius: <i>Nerua</i> , per vallem pulcherrimam decurrentem. Imperialis: <i>Imperiale</i> , ad Oneliam cadens in mare.
LOCA	Centius: <i>Centa</i> , Albingaunum stringens. Cerusa: <i>Chierusa</i> , ad Vultrum cadens. Porcifera: <i>Pociuera</i> , vallem elegantissimam rigans.
MEDI-	TABIA castrum: <i>Taggia</i> , vino Apiano suo locus celeberrimus.
T E R -	Puteus Grimaldi: <i>Poggio Grimaldi</i> .
R A -	Paræcia: <i>Pieua</i> , paulò infra fontem Centij Fl.
N E A	Castrum Candidum: <i>Castro Bianco</i> . Fanum S. Petri Montani: <i>San-Pietro del Monte</i> . Saxulum: <i>Saffello</i> .
H V -	Campus: <i>Campo</i> .
I V S	GAVIVM: <i>Gaui</i> , locus permunitus, & laustum oppidum nostrâ ætate percelebre, ad quod magni Imperatoris

QQqqq ij

TRA-	<i>virtus allisa est : ei adiacet S. Maria di Gaui, locus magna veneracionis.</i>
CTVS.	<i>Nouum : Noui, seu Novo.</i>
	<i>Cornelianum : Corneliano, vicus Spinularum sic dictus à Rom. Pontifice Cornelio qui hic dicitur habitasse.</i>
MON-	<i>Toragius : Toraggio.</i>
	<i>Mons Grandis : Monte Grande.</i>
	<i>Semola : Zemola.</i>
TES.	<i>Bergora : Bergora.</i>
	<i>Intodanius : Intodan.</i>
	<i>Zous : Zona.</i>

§. 2. Ora Orientalis Genuensis, Riuere du Leuant.

L O -	<i>Nerium : Nerui, vicus per amoenus, vbi regio feracissima, & amoenissima terminatur.</i>
C A	<i>Bulascum : Boglasco, vicus quoque lautissimus.</i>
	<i>Saulum : Sole, vicus etiam cultissimus.</i>
CA	<i>Recca : Recco.</i>
	<i>Camolium : Camoglio, in regione cultissimâ, & Genuensi respondente.</i>
&	<i>PORTVS DELPHINI : Porto Fino, statio non incommoda.</i>
V R -	<i>Fanum S. Margaritæ : Santa Margarita.</i>
	<i>RAPALVM, Rapallo, & Rapalo, vnde sinui nomen, & vali feracissimæ Rapallinæ.</i>
B E S	<i>SEGESTVM Orientale, Dantes Sisterium vocat : Sistri di Leuante, aut Σιστρα Sistri.</i>
H V -	<i>MONELIA : Moneglia, quasi Monilia, quia videtur collibus vitiferis, quasi monili coronari.</i>
I V S	<i>Oriens : Leuante, oppidum recens ait Leander, & splendidè admodum aedificatum.</i>
	<i>Mons Rubet : Monte Rosso, vino suo celeberrimus.</i>
	<i>Vulnetia, aliter Vernatia : Vernazzo.</i>
	<i>Manariola : Manaruola.</i>
	<i>Riuus Maior : Rimaggiore, seu Rio Maggiore.</i>
	<i>PORTVS VENERIS : Porto Venere, colonia olim Genuen-</i>

ad hæc loca
nascitur vi-
num gene-
rosissimum.

ORÆ	sium, vrbs frequens, & honestissimis ciuibus plena, sed deiecerit hanc Genuenses bello Pisano, & Portum Lunæ vocauere, sic Leander. Quidam tamen cum Blondio volunt dici Portum Venerij, postquam à Genuensibus illuc deportata sunt ossa S. Venerij Lucen-sium Episcopi: sed hoc merito irridet Leander, cum longè antea Portus Veneris vrbs illa nuncupata sit.
M A -	
RITI -	SPETIA: Spezza, vrbs muris cincta ante annos 350. unde nunc sinui nomen qui olim Portus Lunæ, descriptus à Persio, ut iam ferè omnes arbitrantur.
MÆ.	PORTVS ERICIS: hodie Lerice, in eodem sinu qui ab hac vrbe aliàs nomen habuit.
VII.	BISAMNIS: Bisagno, qui ex duobus conficitur Ferisano, & Feritore: ad Genuam cadit.
FLV -	LEVANIA, aliter Labonia, olim & Entellus dictus: Levagna.
PRO -	CAPVT MONTIS: Capo di Monte, antiquis Sumarium
MON -	Pro. Mons Saxofus, ascensu asper, vbi Sacellum S.
T O -	Fructuosi augustissimum.
RIA.	S. Antonij: Sant-Antonio.
L O -	Corunum: Capo del Corvo, inter sinum Spetiae, & ostia
C A -	Fl. Macrae.
M E -	CLAVERINVM, seu Clauerum: Chianari, parum à mari
D I -	dissitum inter montes confragosos situm, annis cl.
TER -	ante suam etatem clausum ab Episcopo Nebiensi, ait
R A	Blondus.
N EA.	Lauania vicus: Lauagna, ad Fl. cognominem, vnde Comites Flisci, & Leuaniæ nobiles Genuenses.
MON -	Tegulia: Trigosa, parum à mari sciuncta.
	Brunetum: Brugneto, ad Votrum Fl.
	Rosanum: Rosagni, supra montem Apenninum.
	Brunus: Bruno, ex cuius radice existit Trebia Fl.
	Magius: Magio, appendix Apennini.

QQqqq iij

Bouius : *Bono*, ex quo Tarola fluiulus erumpit.
 T E S. Gottarus : *Gottaro*.
 Centum Cruciū : *Cento Croce*. { Partes Apennini potius quam montes separati.

§. 3. *Insetæ ditiones in Agrum Genuatem.*

PRINCI- MONACHIVM: *Monaco*, aliter *Mourgues*, vrbs cum portu, & castro munitissimo, locus commodissimus, quia eò naves tempestate agitatæ etiam in uitæ deflectere coguntur, ideoquæ urbem illam tantè fecit Carolus V. ut Principi multa donaret.
 PATVS
 MONA-
 CHII,
la Principauté de Mourgues.
 Mentonium : *Mentone*, medio pænè inter Monachium, & Vintemiliam cursu.
 Bruna Arx : *Rocca Bruna*, locus exilis huius ditionis cum suâ statione.

PRINCIPAT. ONILIA : *Oneglia* : ad Fl. Imperialem in valle fertilissima, olim ab Hispanis occupata, sed iam Sabaudo reddita.
 ONILIÆ,
Princip. d'Oneglia,
 & COMIT. MARRVM: *Marro*, Comitatus caput in valle fertilissimâ cognomine, quæ duæ ditiones ad Apenninum productæ agrum Genuatem interfecant.

MARCHIO- FINARIVM, seu Finalium: *Final*, ita dictum ab NATVS aëris puritate, vt vult Leander, quasi *Fin-air*, FINARII, de quo aliqua diximus in Historicis.
Marquisat de Final. Medesimus portus : *Medesimo*, in vicino locus præsidio Hispanico firmatus.
 Salicetum : *Saliceto*.

MARCHIO- TORELLIA: *Toreglia*, locus eximus, in loco NATVS peramœno situs, non procul à monte Bruno TORELLIÆ, editissimo.
Marquisat de Toreglia. Alia huius ditionis loca nobis aut incompta sunt, aut nullius nominis.

DITIO PONTRE- PONTR EMVLVM, aliter Pons Remuli, olim Apua: Pontremoli, Hispani iuris vnâ cum ditione, quam magno volent redemptam Genuenses, nunc se obtulit occasio ex bellis nostræ ætatis. Olim